GODEFRIDUS ADMONTENSIS
2. Hälfte 12. Jh. Seite 95r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25959
Copyright: Admont, Benediktinerstift



et iumenta saluabis dñe. Homines sunt boni p̄lati. iumenta sub
diti. quorum utrique saluantur. si multiplex illos omnipotentis dei mi
sericordia respicere dignetur. Hec de quinque panibus possunt accipi.
nunc quid et in duobus piscibus sentiri possit uideamus. In duobus piscibus
diuinitas et anima xp̄i ualet intelligi. et non incongrue per pisces
diuinitas et anima xp̄i accipitur. quia sicut moris est piscium lati
tare in aquis. sic quali unione diuinitas et anima xp̄i. una in
eo p̄sona fuerit. a nullo mortalium sciri et inuestigari potuit.
um uero ineffabilis illa iocunditas aduenerit. qua tandem collecto
xp̄i corpore in celo p̄fruemur. duo isti pisces quasi de aquis trahuntur.
et ad cognoscendum. amandum. et laudandum apponuntur. Sed inter
hec quia nulli mortalium p̄fecte scire et nosse ea que de xp̄o quan
doque reuelanda sunt fas est. apte subiungunt. Sed hec quid sunt inter
tantos. Ac si dicant. O dñe. magna et gloriosa ualde de te dicuntur.
p̄clara et ineffabilia de te et regni tui gloria enarrantur. Sed nos pusil
li. nos infirmi miramur. quid sint hec inter tantos. inter tantos uidelicet
principes celi angelorum et archangelorum aliorumque beatorum spiritum. in
quorum medio sedens. te ipsum qualis es in deliciis tuis manifestas et
exhibes. Sed o quando nos minimos et indignos ista uidere et
possidere contingat inter tantos. Post ista suspiria. post ista cordis
desideria. qua uirtute inter tantos uenire debeamus. consequenter
edocet dñs dicens apostolis. Facite homines discumbere. Bene et ue
racitur discumbit. qui non alta de se sentiens. in profunda cordis hu
militate se se dimittit. Ex antiquo denique patre nostro adam potius
extolli quam humiliari didicimus. ex nouo uero adam patre nostro non nisi
humilitatis modum et formam tenemus. de qua mox subinfertur:
rat autem fenum multum in loco. Quid per fenum multum. nisi multa. mag
na et p̄ciosa caro xp̄i. Hoc fenum multum erat in loco. In quo lo
co. In utero scilicet beate et intemerate uirginis MARIE. de
qua conceptus et natus temporalis et localis fieri uoluit. quod secundum